# Band III., Nr. 661, Seite 137-138

*Konrad von Krautheim verkauft und übergibt die ihm von seinem Oheim Konrad vom Klingenfels veräußerte Hälfte der Burg Bieringen an den Abt und die Brüder in Schöntal.*

## Ballenberg, 1222. Juni 30.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Cůnradus de Crutheim universis fidelibus. Rerum humanarum malicia et mutabilitas exigit, illic nos quasi trepidare timore, ubi nullus est timor; quo fit, ut scripto soleamus corroborare quicquid firmum ac stabile desideramus iugiter durare. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod ego Cůnradus de Crutheim, libere conditionis, predium meum, quod emeram a domino Cůnrado de Clingenvels patruo meo, mediam scilicet partem castri Biringen, cum omnibus suis attinentiis, agris, pratis, aquis, silvis, cultis et incultis, quesitis et non quesitis, preter sola mancipia utriusque sexus, vendidi venerabili domno[a] Gotefrido, abbati, et fratribus in Sconetal pro centum LXX marcis argenti, fratribus meis, Wolfrado et Craftone, unanimi consensu id mecum agentibus et idem predium collata manu libere et absolute in perpetuam proprietatem monasterio legittima et sollempni donatione contradentibus. Ut igitur tam consentaneus tamque sollempnis contractus ratus iugiter permaneat et inconvulsus, presentem cartam testimonialem ad perpetuam rei memoriam iussimus conscribi et tam ipsius domni abbatis quam nostro sigillo communiri.<br> <br> Huius rei testes sunt: Wernherus decanus de Otilfingin[1], Conradus parrochianus de Nuwensteden, Wolprandus parrochianus de Merechingen, dominus Heinricus de Hohenloch, de domo Teutonicorum, et Gotefridus, frater eius, et iuvenis quidam Bernhardus, de domo Teutonicorum, Engilhardus de Berlichingen, Goteboldus de Burcheim[2], Adelhelmus de Husen[3], Cůnradus Leitgast, Cunradus Kylian, Cunradus advocatus de Merechingen, Wolprandus de Crůtheim, Marquardus frater Cunradi Leitgast, Fridericus de Halla[b] superiore et Ludewicus institor, Ramungus et Cůnradus frater eius de Crutheim, Tulandus et Gerungus frater eius de Ballenburc.<br> <br> Acta sunt hec anno dominice incarnationis M$^{O}$. CC$^{O}$. XXII$^{O}$., indictione X., pridie kalendas Iulii, in Ballenburc.

[a] So steht das Wort hier ausgeschrieben, sonst ist es durchaus in üblicher Weise abgekürzt.
[b] In der Urkunde statt des letzten Buchstabens eine Abkürzung.

[1] Edelfingen, Bad Mergentheim, TBB.
[2] Osterburken, Osterburken, MOS.
[3] Jagsthausen, Jagsthausen, HN.

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Nur das an einem Pergamentstreifen hängende, sehr kleine länglich runde Siegel des Abts von rotem Wachs noch übrig. Figur: Ein sitzender Abt mit dem Krummstab in der Rechten und einem Buch vor der Brust in der Linken. Umschrift: + SIGILL*um* . ABBATIS . SPECIOSE . VALLIS.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
StA Ludwigsburg

**Signatur/Titel des Originals:**
B 503 I U 248

**Editionen:**
Wibel: Hohenlohische Kirchenhistorie, Bd. 2, Codex Diplomaticus, S. 37, Nr. 20.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Ballenberg

**Aussteller:**
Konrad; von Krautheim

**Ortsindex:**
Ballenberg Wohnplatz (6206)<br> Ballenberg, Ravenstein, MOS<br> Berlichingen Wohnplatz (2645)<br> Berlichingen, Schöntal, KÜN<br> Bieringen Wohnplatz (2646)<br> Bieringen, Schöntal, KÜN<br> Edelfingen Wohnplatz (3647)<br> Edelfingen, Bad Mergentheim, TBB<br> Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W<br> Jagsthausen Wohnplatz (2008)<br> Jagsthausen, HN<br> Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)<br> Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN<br> Krautheim Wohnplatz (2421)<br> Krautheim, KÜN<br> Merchingen Wohnplatz (6213)<br> Merchingen, Ravenstein, MOS<br> Neunstetten Wohnplatz (2422)<br> Neunstetten, Krautheim, KÜN<br> Osterburken Wohnplatz (6153)<br> Osterburken, MOS<br> Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)<br> Schwäbisch Hall, SHA<br> Steinbächle : Unteraspach, Ilshofen SHA<br> Steinbächle Wohnplatz (2974)